

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus f  
cum uariis

Septem graduum erat ascensus ciuitatis. Sunt multi qui iam per septem gradus, id est per sancti Spiritus septiformem gratiam aditum uite celestis inueniunt: per timorem Dei humiles, per pietatis studium misericordes, per scienciam discreti, per mentis fortitudinem liberi, per consilium cauti, per intellectum prouidi, per sapienciam maturi.

Gregorius super Ezechielem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

sunt] enim *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>